1436 15 maggio
Novara

Nos Castellinus de Morimerio legum doctor vicarius et in hac parte subdelegatus Spectabilis et Generosi militis domini Baldessaris de Castilliono potestatis Civitatis Novarie et in hac parte delegati vigore litterarum Illustrissimi domini nostri domini ducis Mediolani etc. In questione vertente inter Johaninum de Momo patrem et procuratorem nomine Johannis Antonii de Mangiabassis filii Generii parte una et dominam Hermolam matrem dicti Johannisantonii et uxorem dicti Generii sive eius procuratorem parte altera visis primo dictis litteris ducalibus et supplicatione hiis inclusa coram nobis presentatis per prefatum Johaninum de Momo procuratorem vobis ac missionibus et contradictionibus dictis litteris et supplicatione factis et oppositis per dictam dominam Hermolam seu eius procuratorem visis etiam certis capitulis productis per utramque partem et testibus et eorum attestationibus super dictis capitulis productis receptis et examinatis visoque toto processu ad hanc nostram sententiam audiendam dictis partibus statuto visoque toto cause processu visisque et auditis que dicte partes coram nobis dicere et allegare voluerunt tam oretenus quam in scriptis eorumque allegationibus et advocatorum ipsorum et super hiis omnibus et singulis habita plena matura ac diligenti deliberatione Sedentes pro tribunali super nostro solito iuris bancho Christi ac beate Marie virginis gloriose matris eius nominibus invocatis in hiis scriptis et omnis nostri recitatione dicimus sententiamus declaramus condempnamus et absolvimus prout infra. Imprimis dicimus et pronunciamus et declaramus ipsam dominam Hermolam ex mentis defectu quem patitur curatoris auxilio indigere in negotiis suis gerendis nec alia bona sua de per se legiptime distrahere vel obligare posse. Verum quia tam ex forma iuris quam decretorum ducalium cavetur quod omnis huiusmodi cura spectat agnatis proximioribus. Idcircho sententiamus et declaramus omnem curam ipsius domine Hermole spectare et pertinere Georgio de Baldo eius fratri et quem Georgium decernimus in curatorem ipsius domine Hermole providendo ut sine eius consilio et auctoritate super eius dote et bonis suis nil possit distrahere et facere quod de iure valere possit. Quodque etiam dictus curator providere habeat de alimentis condecentibus ipsi domine Hermole tam super eius dote quam aliis bonis suis ab omnibus aut aliis et ab expensis in dicta causa factis dictas partes et utramque ipsarum absolvimus et per hanc nostram sententiam reddimus absolutas. Et hec omnia presente Johanino de Momo procuratore dicto procuratorio nomine predictis non consentiente nisi in partibus et punctis solummodo facientibus pro ipso Johanneantonio et non in aliis facientibus contra eum appellante viva voce et apud acta a predictis facientibus contra dictum Johannemantonium. In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo trigesimo sexto Indictione quartadecima Existente potestate civitatis Novarie Spectabili et Generoso milite domino Baldasare de Castilliono die veneris decimoseptimo mensis maii hora terciarum in desperis in palatio comunis Novarie ad banchum iuris solitum prefati domini potestatis et comunis Novarie lata data et in hiis scriptis pronunciata fuit suprascripta sententia per prefatum dominum vicarium et lecta et publicata per me notarium infrascriptum de mandato prefati domini vicarii presentibus pro [illegible] notariis Ghilipino de Strivanctis et Symone de Caris ambobus notariis et pro testibus Achille de Magio filio d. Franceschini et Abramo de Fontibus filio Johannini de Fontibus notis et ydoneis ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Jacobinus de Guazariis filius Marchisini Guazarii publicus imperiali auctoritate notarius Novariensis hec in hac parte notarius prefati domini potestatis et comunis Novarie hanc cartam sententie tradidi et abreviavi [illegible] scripsi et me subscripsi.

Morbio 6 (91)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800386168-12/fragment/page=0001

1436 · 13 Maggio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800386168-12/fragment/page=0002

1436 17 maggio
Novara

Nos Castellinus de Motemerlo legum doctor vicarius in hac parte subdelegatus Spectabilis et Generosi militis domini Baldesaris de Castilliono potestatis Civitatis novarie et in hac parte delegati vigore literarum Illustrissimi domini nostri domini ducis Mediolani etc. In questione vertente inter Johannem de momo procuratorem et procuratorio nomine Johannis Antonii de mangiabassis filii Henrici parte una et dominam Hermolaam matrem dicti Johannisantonii et uxorem dicti Henrici sive eius procuratorem parte altera visis primo dictis literis ducalibus et supplicatione hiis inclusa coram nobis presentatis per prefatum Johannem de momo procuratorem dicto ac citationibus et contradictionibus dictis literis et supplicatione factis et oppositis per dictam dominam Hermolaam seu eius procuratorem visis etiam certis capitulis productis per utramque partem et testibus et eorum attestationibus super dictis capitulis productis receptis et examinatis visoque termino prefixo ad hanc nostram sententiam audiendam dictis partibus statuto visoque toto cause processu visisque et auditis que dicte partes coram nobis dicere et allegare voluerunt tam oretenus quam in scriptis eorumque allegationibus et advocatorum ipsorum et super hiis omnibus et singulis habita plena matura ac diligenti deliberatione Sedentes pro tribunali super nostro solito iuris bancho. Christi ac beate Marie virginis gloriose matris eius nominibus invocatis in hiis scriptis et oris nostri recitatione dicimus sententiamus declaramus condemnamus et absolvimus prout infra. Imprimis dicimus et pronuntiamus et declaramus ipsam dominam Hermolaam ex mentis defectu quem patitur curatoris auxilio indigere in negotiis suis gerendis nec aliter bona sua de per se legiptime distrahere vel obligare posse. Item quia tam ex forma iuris quam decretorum ducalium cavetur quod omnis huiusmodi cura spectat agnatis proximioribus. Idcirco sententiamus et declaramus omnis cure ipsius domine Hermole spectare et pertinere Georgio de baldo eius fratri et quem Georgium decernimus in curatorem ipsius domine Hermole providendo ut sine eius consilio et auctoritate super eius dote et bonis suis nil possit distrahere et facere quod de iure valere possit. Quem etiam dictus curator providere teneatur de alimentis condecentibus ipsi domine Hermole tam super eius dote quam aliis bonis suis ab omnibus aut aliis et ab expensis in dicta causa factis dictas partes et utramque ipsarum absolvimus et per hanc nostram sententiam reddimus absolutas. Et hec omnia presente Johannino de momo procuratore dicto procuratorio nomine partis non consentiente nisi in partibus et punctis solummodo facientibus pro ipso Johanneantonio et non in aliis facientibus contra eum appellante viva voce et apud acta a partibus facientibus contra dictum Johannemantonium. In nomine domini amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo trigesimo sexto Inditione quartadecima Existente potestate civitatis novarie Spectabili et Generoso milite domino Baldesarre de Castilliono die veneris decimoseptimo mensis Madii hora terciarum in vesperis in palatio comunis novarie ad banchum iuris solitum prefati domini potestatis et comunis novarie lata data et in hiis scriptis pronunciata fuit suprascripta sententia per prefatum dominum vicarium et lecta et publicata per me notarium infrascriptum de mandato prefati domini vicarii presentibus pro sociis notariis Philippino de Scaravalis et Symone de Caris ambobus notariis et pro testibus Achille de magistris filio domini Francischini et Bertramo de fontibus filio Johannini de fontibus notis et ydoneis ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Jacobinus de Guazatis filius Marchisini Guazati publicus Imperiali auctoritate notarius novariensis hac in hac parte notarius prefati domini potestatis et comunis novarie hanc cartam sententie tradidi et aliam scribi feci et me subscripsi.

Morbio 6 (31)